



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita, Et Gestis S. Francisci Xaverii È Societate Iesv
Indiarvm Apostoli Libri Qvatvor**

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1666

37. Nauis ferens Xauerium, bis miraculo naufragium euadit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10854

evidenterque comprobata, quam optabat ipse, loco digniori honorare. Quamobrem Iacobo Pereira focio, paucisque aliis eius capacibus gratia multa de nocte ad locum veniunt, sepulcrum aperiunt, effodiunt cadaver, & quinque post menses quos extra loculum in vdo illo nudum iaceuerat, æque ut prius integrum, fragrans, ac viuidum cernunt, nisi quæ calcati defuper cum humo lapides sinistro vulnus impresserant lateri: lineum vero pannum quod ex qualicunque miseratione iniecto, faciei parcitum fuerat, madentem cruento velut recens expreſſo. Creditum ab iis piaculo simile si tanti pignoris decus, & pretium sub terra delitesceret diutius. Capsam igitur illi Pereira elegantē adornat, intus Sinēsi fultā damasco, puluino ad caput extructā preiosissimo, Attalico aureo operatam. Corpus in eam reconditū, scorsum quidem à publico, loco tamen decenti positum est. Qui honos quām gratus Dei seruo venisset, luculento Deas ostendit. Accensa fuerat ante sacram pignus candela cerea, horas decem pro certā modulo arſura, eaque suo cum candelabro ad maiorem ornatum in Sinensi pelluino statuta: dies arſit octodecim totos, & cerā pondus, ex ea in pelluuum defluat, candelæ integræ pondere maius fuit. Dum autem nauis expectatur repetitura mare Goam versus, idonea Beiræ ad Molucas se dedit occasio, duobus ex Sociis F. Manuele Tauraram sacri custodem depositi reliquit, quod is cum F. Petro Alcacena paulo post ab Iaponibus Christianis Goam missō, naui Lopis Noronie sublatum solenni paratu Goam asportauit.

37

Nauis ferens
Xauerium, bis
miraculo nau-
fragium eua-
dit.

Erat Lopis nauigium vetustate attritum, si quod aliud eo in littore, & usque adeo infidum, ut nemo omnium rem illi & merces, nedum vitam auderet credere. Denique vix ferme Goam peruererat cum ipso, in portu crebris hiatibus vltro aquam accipiens, scipso demersum est. Vbi tamen rescitum, corpus sancti Patris ab illo vehi, certatim omnes eius vecturam præripere, comportare in illud suas merces, certoque confidere, vel miraculo, si res exigerebat, ab naufragio seruandum; quod prorsus haud semel inter discrimina extrema contigit. Transuersum horrenda tempestate in syrtes impegit, tam altè infixa in eas carina, ut nulla inde ars illud euelleret, at hic præter omnem expectationem, cœlique tunc habitum, vehementissimus illum à prora flatus arenis exemit, puppique aduersa, eundem retro per sulcum tamdiu egit, dum ex iis vadis liberum extareret, quod ne alia putaretur quam Dei manu factum, expeditam periculo nauim, qui expedierat ventus repente deseruit. Nec multo post in ipso aditu Zeilani Sinus, tanto impetu ad cæcos scopulos allisit, ut resiliente extra gomphos temone, saxo carina inhæreret, fueratque istu omnino desponsanda, nisi foret iam tum Dei beneficio sustentata. Nautæ, ut summis in periculis secures corripiunt, malumque sed frustra rescindunt, & leuari nauis nisi iactura non poterat, furente interim vndique fluctuum verbere, ac eam tantum non, aut dissoluente, aut euerente, inter quæ tandem ad vota configunt; Sancti opem exposcent, productum è cubiculo nauarchi loculum, in foro statuunt, & multis circum accensis faci

facibus, velut adhuc viuens projectos in genua cerineret, & audiret, fletu-
quam verbis prolixius supplicant, ne tot sibi addictas animas sorberi
naufragio pateretur. Vix ita precati fuerant cum auditur violentus sub
carina stridor, simul nauis in sinus alueo soluta exilit ad pergendum; ex
quo agnatum est distractum scopulum, inter duas partes, medium nauis
transitum praebuisse. Hinc viam alacres sequuntur flexoque Comorino
cornu, Coccum applicant unde populus omnis effusus est, suam erga
Sanctum reverentiam testatur. Post usque Baticalam prouecti ventos
incident reflantes a prora, quos ambagibus variis conati exire, leucam eo
die vix unam absoluunt. Quapropter prefectus in scapha cum paucis
nauim remigio praeuertit, ut Goz protegem, ac nostros, aduentantis san-
cti primo nuncio recrearet: Batica et interim vxor Antonij Roderici pro-
curatoris regij, dudum lecto affixa in spem venit se Sancti aspectu perfa-
nandam, euicisque ab suis tametsi ægius, ut in eius deferretur nauim,
vbi conspecto beati corpore, illico valuit; cumque de poderis quo yefie-
batur extremo limbo tenue frustulum impetrasset, ex theca religiose
clauso, morbos multorum difficiles, & depositos sanavit.

Berzeo humanis exempto, Melchior Nunnus successerat in Collegij
Goani, & prouincia cura, id enim iturus in Sinas Xauerius ob signatis
decretum litteris in omnem euentum reliquerat. Nunnus igitur iubet
ptorex celocem armari, hanc ille tribus cum sociis & seminarij alumnis
quatuor concendit, & leuis viginti Baticalam versus sancto corpori
obuiam occurrit, cui dum in celocem transfertur ex nauis Noroniæ; tum
illa, tum sex aliæ quas illuc detinebar ventus, ore omnia machinarum
lati fragoribus salutem dixerat. Martij quinto & decimo Rebendarem
attigit Goano in sinu. Leuca non plus ab urbe mediâ, vbi eius dici resi-
dium, & noctem substigit, dum ei in urbem inueniendo solennis paratur
introitus. Postridie mane Christo patienti ante maioré hebdomadam di-
cato, flos nobilitatis Lusitanæ, ex portu procedit actuariis sex, magnificè
ad pompam excultis, magno circum gaudiorum funeralium collucentibus
numero; sequuntur alia celos item, duodecim, cum optimatibus tre-
centis, accensas faces gestantibus, suaque singulæ cantorum, & organo-
rum instructæ symphonia. Haec duos utrumque digestæ in ordines; me-
diæ excipiunt actuariam beati corporis vestricem & lenta remigatione
in urbem deducunt: extabat è puppi sub tentorio fererum, Pereiræ at-
talico vestitum, cereis cinctum ardentibus, & ludentibus hinc inde ad
nauigij latera vexillis; yniuersa in littus effusa ciuitas, ne suos quidem
ægrotos tenuit, & quos sui non ferebant pedes, aliorum brachia tulere;
ciuius tam propensæ, ac religiose mentis quæ merces fuerit postea dice-
tur. Ventum erat in portus conspectum, moxque in iis quicunque
conuenerat commotiones animorum quas nullus satis repræsentet stylus.
Vbiique lacrimæ, vbiique in genua prosterni, & passis brachiis sanctum
in amplexus vocare, opem eius contentis vocibus querere, deprædicare
illum & beatam profiteri Goam quam e cœlo Deus tanto ut aiebant

Nn 2 thesau.

38

Corpus X.
Goz cum po-
pa excipitur,
miraculis cla-
ret.